

Excellenti & Eruditissimo Viri
 Dn. Sebastiano Kortholto,
 amico desideratissimo
 S. P. Q. Joannes Grammaticus.

Ultimas tuas si parum incundas fuisse dixerō,
 ex animo me loqui puta. Quid enim? Filium
 tuum nondum Viennā abiisse, sed ipse etiamnum,
 tanquam constrictum & alligatum hærere? Hoc vero
 proter omnem spem & expectationem nostram accidere,
 libere testari sum ausus coram utroq; Heroë, Holstenio
 & Berkentinio nostris. Quorum ille pari can-
 dore ac benignitate mihi totum illud mysterium
 enunciauit, hoc scilicet, res totam pendere ex
 Cratonis, qui Dn. Kortholtum excipiat, electione,
 de qua nihil certi constituitur hucusq; Augusto plac-
 uisse. idq; nulli omnino Ministrorum culpa tribuendum.
Berkentinius quoq; haud inficiatur, ^{ipsum} esse, qui

qui jampridem à Rege. omni studio contenderit,
ne, revocato pl. lev. filio tuo, quem constat à
Suecis haud ullum hoc tempore Theologum, Viennæ
ali, tanta, quæ ibidem degit, multitudo ^{hominum}, Augustana
Confessione addictorem tam necessario sacrorum
usu privetur. Itaque ego, quod unicum supererat,
utrumq; sum obsecratus, urgerent Regem, ne electi
successoris ulterius differretur.

Neque parum, Vir amicissime, turbatum me
reddidit valetudo tua, cujus & libera mentionem
faciunt: Ex qua ut plenissime emergas, & longioris
tatis donum, quod podagricis promittere audivi
Medicorum effata, tanto cumulatius assequaris,
omnibus votis opto.

Cyprii Lodicem & Marcherodii Taurum Simbicum,
hic habes; quos recte ad Te pervenisse, verbum
sacer, significes. In alterius frontispicio vides

annotatum ab auctoris filio verbis Danicis, Titulum
 quem pater apposuit, mutatione egere, ut pote
 minus convenientem argumento. Verum est, ma-
 ximam Dissertationis partem in aliarum gentium
 antiquitatibus, satis extra hoc opusculum & cogni-
 tis & illustratis, occupari; neq de Scimbis conu-
Tauro incipere auctorem, ante caput XVI.
 sed hoc aliis examinanda relinquam, ut ^{etiam} quicquid
 de toto opere patuant, ipsis sit liberum. Illustrisimo
On. Westphalio omnia mea pedia amplissime ut
 deferat rogo. Quo vero minus Summus ille Vir
 de voluntate mea dubitet, ad huc & aliud, ex
 mea suppellectili, MS. Vircherodii monumentum, si
 forte in illo ^{quod} aliquid sua cura haud indignum
 offendere. * Vale, Vir Excellentissimus & Celeberrime,
 meq, ut soles, ama. Dabam occupatissimus
 Hafnia die quarto Novembris 1741.

* Hoc autem ut mihi remittatur cum ceteris duobus, minime recepi.
 praesertim si dignum fuerit stimulatum, quod aliquando inter alia
 id genus publicam lucem aspiciat.